


Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 3, 1849, enthaltend fol. 74a-231b von Bd. 2 des Autographs (19 555-2) sowie einen Index

zu Bild Nr.



301

299

305

295

310

290

350

250

400

200

Progressio marina cum saevissima tempestate.

Die XIX., quae est festum Sanctae Elisabethae, in nocte coepit graviter infirmari dominus consul Alexandrinus in nostra galea, praeter hoc cursus navium fuit interceptus per velorum remissionem. In alia autem galea erat quidam expertus medicus, pro quo emissa scapha in mare misimus, et veniens virum in extremo periculo dixit constitutum et repentinam navigationem sibi plurimum nocere, sed non paulatinam. Inutiliter ergo tota classis ferebatur in aulone Cretico inter Candiam et Standiam infra schiis Creten-sibus, et ita propinqui adinvicem fuimus cum sex galeis, ut poteramus conclamare. Porro circa meridiem surrexit ventus magnus, inutilis navigationi nostrae, et mare inquietissimum habuimus, projecitque nos contra aquilonem ad insulas Cycladum, et arte ac vi ingenti obstabant nostri nautae, ne relaberentur in mare Rhodianum, vidimus enim Napuliam Turcorum regionem vicinam insulae Rhodi, longe tamen supra nos. Versis autem velis rejecti venimus in Carpatium fretum, cui nomen tribuit Carpatus, insula una Cycladum, cujus mentionem feci Fol. 155. Tempestuosum autem, obscurum et inquietum valde diem habuimus et cum hoc pluviam, quae navigationi est semper molesta, nee sinebant nobis venti et pluviae ignem ardere, et ita hac die sine cibo mansimus,

Ende

Anfang